





1789.

18. Puelmannus, Tz. Lud. im; fac. j'm pro cancellaris:  
Miscellaneorum et j's pertinentium specimen IX.  
Programma, quo solumenit Doctoralia Trans Victoriae  
Baccae indicat.
19. Puelmannus, Tz. Lud. Rom; fac. j'm pro cancellaris:  
Miscellaneorum et j's pertinentium specimen X.  
Programma, quo solumenit Doctoralia Corvæ. F. Veneri  
Curtis indicat.
20. Puelmannus, Tz. Lud. En; fac. j'm pro cancellaris:  
Miscellaneorum et j's pertinentium specimen XII.  
Programma, quo solumenit inaugaratione Joannis  
Klovis Lutheratus indicat.
21. Puelmannus, Tz. Lud. En; fac. j'm pro cancellaris:  
Miscellaneorum et j's pertinentium specimen XI: Program  
ma, quo solumenit inaugaratione Adolphi Worcesteri Schrift  
indicat.
22. Puelmannus, Tz. Lud. En; do distinctione  
inter animum occidendi directam et indirectam  
et pars prudentia Crimini clavis incausa.

1789.

23. Richterius, Christ. Ioseph: De servitate a proprio  
fatis dominio fatus puerario imponenda ad  
115 Bull. 1. 16ch 117 pr. 8. de unipacto. 29
24. Rosenmüller, Dr. Georg, patr. procurator: De fato interpretationis sacramentum litterarum in  
eccllesia Christiana. Programma, quo saltem in an-  
juria Godaliti Augusti Baumgarten Crucis in-  
dixit. 30
25. Sattlerius, Cornelius Augustus: De causis Constitutio-  
nibus principum in corrupta Christianorum disciplina. 31
26. Schmidius, Antonius Wenceslaus: De iure officia-  
litate iuri, iurandi 32
27. Remondi, Benjamin Travers: De temptatione doli  
in discepto 33
28. Stellmann, Thysius Cornilius: Doctor Dr. Georgius II.  
Stellmann et Lusatiae legislator. Programma, quo so-  
lemnis Doctordia in dicit. 34

1789.

29. Weisse Anthonius Erasmus: Pro diis successu  
in Serenissima gente Senatu Albertina
30. Wundtius, Augustus Adolphus: De quinquennaliis  
et decennaliis imperatorum Romanorum.
31. Winckler, Carol. Gaspars, pro iur. procuratorem  
fac iur. ordinarius senior etenique assessores:  
monstratio XIII p. 5. ex adversariis iuris judiciale.  
Programma, quo sollempniter Declaratione Christianae Haurii  
Hudleri indicatur.
32. Winckler, Carol. Gasp. de: De jure iurando.
33. Winckler, Gaspars Hudrius: Tractus exceptionis  
non acompleti contractui et praestandae evictionis
34. Winckler, Gaspars Hudrius: De praetextione judiciale  
in testamento illiterati hand necessaria.



PROLOGUS  
IN LARVAM HOMINIS  
SELEMMIA TRAVAGLIA  
GRANDESSA DI SPAGNA  
JOANNIS DILECTUS DANTES  
MUSICO ET POETICO





*178933.* XLII.  
**FINES EXCEPTIONIS<sup>16</sup>**  
**NON ADIMPLETI CONTRACTVS<sup>16</sup>**

ET  
**PRAESTANDAE EVICTIONIS**  
PONIT

ET  
**ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE**

**DISPV TATIONES**  
SVPER THESISBVS IVRIS CONTROVERSI

INSTITVENDAS

INDICIT

**D. GODOFREDVS LUDOVICVS**  
**WINCKLER**

PROF. PVBL. EXTR

---

LIPSIAE  
EX OFFICINA SAALBACHIA



etiam potez nunc a mea illa iuris quod ille fuit non boni  
et pacis etiam implorare nescio neque deinde, quod  
est in diuina.   
Ius aliam sit etiam quod si cogitatio mea, exquisitio etia  
conscientia licet ut ipso sit etiam quod si possum agere  
quod a figura meum in hoc modo videtur etiam quod  
autem in omnibus sicut in iustitia et iniquitate  
habeam missum animo exponi dupila tamen conscientias eam  
etiam quod si possum agere in iustitia non nullum est etiam  
in aliis iustitiae ratione et iustitiae ratio et iustitiae ratione  
etiam quod super iuris causam et iuris causa et iuris causa

**E**sam iurisprudentiae partem, quae in vera atque genuina  
legum indole eruenda applicandaque versatur, hodie a  
plerisque perperam negligi atque condemnari, communis fere  
omnium querimonia est, qui elegantiorum litterarum amore at-  
que studio capiuntur, id quod eo maiori iure agere mihi videntur,  
quo crebriora et quotidiana exempla nos docent, quantum in-  
commodi atque detrimenti prae reliquis in primis litigantibus  
nascatur, et quo saepius sit, quod causarum patroni legum  
praeceps male intellectis vel peruerso explicatis et accommoda-  
tis falsa quoque iuris persequendi media suadeant adhibeantque;

id quod non solum iis iCti, qui tali casu reorum partes defendunt, videre atque in ipsorum commodum vertere solent, verum etiam maximopere iis, qui decidendis causis, tam in actionibus institutis, quam praecipue in oppositis vel dilatoriis vel peremtoriis exceptionibus diiudicandis occupantur, id animaduertendi commoda suboritur occasio. Cui quidem errori a causarum patronis circa exceptiones quotidie commisso et ulterius forte committendo ut aliqua ratione obuiam eatur, illud quod inter contractum non adimpletum et praefundam euisionem exceptionis loco opponendam intercedat discrimen paullo copiosius indagare constituum; ita tamen, ut neque in notio nem vtriusque operose inquiramus, quippe quam iis, quorum causa haec scribuntur, haud ignotam fore arbitramur neque originem historiamue eius indagemus, eosue, qui ex instituto de iis egerunt, scriptores longo ordine recenseamus, verum in eontantum acquiescamus, ut signa atque notas quibus vtraque distinguenda est, annotemus, omissa illa multifariam et inter plures iuris interpretes praesertim ZANGERVM in libro de exceptionibus scripto, P. III. cap. 22. p. 630. et SCHWENDEN DÖRFERVM in Proc. Fibig. P. I. c. 2. membr. 3. observ. 194. p. 336. agitata quaestione, num dilatoriis vel peremtoriis exceptionibus illa sit annumeranda, quam FRID. ALEX. KÜHNHOLD vel po-

tius,

tius, si titulo libelli fides habenda, CHRIST. HENR. KLIMPER in  
*dissertatione de usu exceptionis non adimplete contractus hodierno practi-*  
*pue Saxonico Lips. 1726.* conscripta exposuit et ZANGERI illam  
 peremptoriis accententis opinionem satis refutauit, quippe oppo-  
 sitam non adimplete contractus exceptionem, nisi in contingen-  
 ti sit liquida, altioris esse indaginis et longiorem desiderare pro-  
 bationem, adeoque litem differre non dirimere, praeter NOM-  
 MELII auctoritatem *Rhaps. Obs. 87. Tom. I. p. 127.* ipsa eius in-  
 doles satis declarare videtur: potius hic nobis erit finis proposi-  
 tus, iis qui reorum partes in se suscepserunt, rectam, qua ire  
 possint, viam ostendendi, ut inde causas, quibus alterutra op-  
 ponatur, uno veluti obtutu conspicere et utriusque indolem de-  
 lineare queant: Attamen ante omnia monendum erit, dupliceis  
 generis esse euictionem, alteram, quae in emtionis venditionis  
 contractu tunc obuenire solet, quando rem emtam tertius quidam  
 petit, eiusque dominium sibi competere asserit (*entwährung*) et  
 venditor eius euictionem praestare, aut si aliis verbis vti velimus,  
 eius rei dominium et possessionem venditori comparare tenetur;  
 alteram vero, quam in locatione et conductione obuiam saepissi-  
 me cum exceptione non adimplete contractus misceri conspicie-  
 mus, (*gewährung*) de qua postremo dicta iam nunc agere placet.

Et *prima* quidem inter utramque exceptionem differentia  
 haec erit notanda, quod in controuersiis inter locatorem atque

conductorem de re locata ortis, earum rerum quae initio celebrati contractus ab illo praestandae quidem at non traditae fuerant implementum vi exceptionis non adimulti contractus pertendum sit, quum potius id cuius praestationem durante demum locatione debet, ad exceptionem praestandae euictionis pertinere videatur. Etenim si locator praedium conductum traxit et intermissa ab altera parte mercedis solutione contra hunc experitur, qui partem praedii tradendi omissam opinatur, nihil profecto obstat quo minus hic exceptionem non adimulti contractus opponat, atque rem nondum traditam petat, quodsi vero locator promisso de praestatione quadam durante locatione suscipienda haud steterit, et nihilominus actionem aduersus conductorem instituerit, neutiquam ad contractum adimplendum, verum ad euictionem huic praestandam obligabitur.

Cardo scilicet rei in eo versatur, ut accuratam vtriusque exceptionis definitionem constituamus ex qua earum discrimina satis apparent: Et recentissimus quidem ICtus, i. e. I. MÜLLERVS in *Promtuar. iur. Tom. II. p. 9092.* exceptionem non secuti implementi ab euictione ita distinguit, vt eum qui illam opponat, *simpliciter*, hunc vero, qui euictionem sibi imminere dicat, venditorem vel locatorem contractui satisfecisse *implicite* negare dicat; quae quidem distinctio quum obscuris verbis concepta veram

vtrius-

vtriusque indolem haud explicit mili adoptanda non videtur.  
 Paullo proprius rei iam antea accesserat BRISSONIVS, quamuis non  
 omnem exhauserit, quippe qui in celebri de *Verb. signif.* opere  
*vor.* Euic̄lio hanc pro indemnatis praestatione in iure accipi con-  
 tendit et l. 49. §. ult. *D. de acquir. vel amitt. possēt.* confirmauit,  
 qua euictionis actio contra venditorem instituenda praecipitur,  
 et ita ab hocce indemnitatē praestandā significatur. Mihi vero  
 harum exceptionum ratio ita definienda videtur, quod exceptio  
 non adimpti contractus illas obligationes, quae statim compo-  
 sito locationis venditionisue contractu a locatore vel venditore  
 debentur, comprehendat, euictionis autem exceptio circa offi-  
 cia ab his durante contractū praestanda versetur: quam quidem  
 exceptionum distinctionem ceteris ideo anteponendam censeo,  
 quod non modo perspicuam earum imaginem prae se ferat, ve-  
 rum etiam ad omnia pacta, in quibus obuiam veniunt, possit  
 applicari.

Quo luculentius autem discriminē illud inter vtramque ex-  
 ceptionem obueniens appareat, et quo magis vtriusque fines  
 perspici possint, exemplo illud enucleare licet: Etenim quando  
 singis in litteris de contractu quodam locatorio circa praedium  
 confessis viginti agrorum iugera conductori exhibenda obuenire,  
 quorum traditionem dominus promiserit, quaeque ille pro certa

qua-

quadam summa conduxerit, dominum vero praedii aliam sum-  
mam aedificiis reficiendis quotannis impendendam promisisse,  
error in tradendis agris commissus exceptione non adimpleri  
contractus petendus erit, intermissa autem aedificiorum cura at-  
que refectione ad euictionis exceptionem pertinebit. Quare vnu-  
quisque facililime inde colligere poterit, illius querelis, qui  
actione locati ad mercedem consequendam instituta, de in-  
termissa annua aedificiorum refectione excipit, locum esse non  
posse, ipsum potius ad soluendum pretium obligari, et de ex-  
ceptione opposita singulari actione esse disceptandum.

At vero etiam *alterum* discriminem haud leue inter illas ex-  
ceptiones supra nominatas intercedere videtur, eo, quod im-  
plemento a parte locatoris non secuto, conductor ab omnibus  
obligationibus, quibus in contractu satisfacere promisit, libera-  
tur, quum opposita euictionis exceptio id modo agat, ut dam-  
ni durante locatione sibi illati reparationem conductor conse-  
quatur.

Saepissime enim errarunt et hodienum quotidie errant, qui  
aliena praedia vtenda fruenda conduxere, dum, neglectis offi-  
ciis, quibus vi pacti inter vtrumque initi locatorem satisfacere  
oportebat, semet ipsos quoque a fide data et a legibus  
contractus, iis praesertim, quarum dies iam cessit, immu-  
nes

nes arbitrantur, quippe multum sane interest, utrum conductor mercedis solutioni se se subducere possit, an vero hac soluta euictionem singulari actione a locatore postulare cogatur, et summae iniuritatis suspicionem ille vix effugere posset, qui pactum leuissima causa non adimpletum praetendens, mercedem, qua praedium a locatore redemit, integrum retinere, atque ita non solum ex re locata, verum ex ipso etiam pretio utilitatem capere velit. Quare haec mihi ponenda videtur iuris regula alteram illam utriusque exceptionis differentiam commode fistens, quod ea quae initio factae redemtionis in ipsius praedii traditione desiderantur, et ut paullo ante vidimus exceptionem non sequuti implementi producunt, conductori retinendae mercedis potestatem concedant, ea vero damna, quorum origo ex ipsa locatione petenda, et quorum restitutionem conductori praestandam locator suscepit, illi ius suum singulari actione persequendi copiam tribuant. Ea enim omnia, quae fundi locati dominus praestare negligit, satis idoneam quidem rationem detrimentum exinde redemptori ortum fructuumque forte percipiendorum usurpas ab illo exigendi producunt, ad mercedis vero iam debitae solutionem retinendam haud sufficere videntur, quippe, si omnia largiri volumus, actione demum ad indemnitatem praestandam iam instituta, pecuniae ab eo inde

¶

tempore pro fundi locati vſiſructu reddendae compensationem  
perficient.

Eandem quoque rationem in conditionibus ab uno contra-  
hentium suscep̄tis tenendam esse, ea, quae iam exposuimus iuris  
praecepta suadent: quodsi enim alieni fundi redemptor hanc sibi le-  
gem scripserit, vt in formula de conducendo praedio confecta  
plurim conditionum implementum a fundi domino sibi stipula-  
tus sit, ille vero celebrato contractu promissis haud steterit fidem-  
que datam fefellerit, vehementer profecto, qui praedium con-  
duxit, erraret, si semet ipsum quoque ab obligationibus pacto  
suscep̄tis ipso iure liberatum arbitraretur, dum potius causa a loca-  
tore instituta ita caderet, vt sumtuum adeo illi erogatorum restitu-  
tionem vix effugere posset, nulla profecto alia de causa, quam  
quod conditionis non adimpleteae exceptio ad praeflandam  
euictionem pertineat ideoque mercedis debitae retentionem  
haud patiatur.

Cum vero notissima sit et rationi consentanea illa iuris regula  
quod cuilibet qui rem aliquam affirmauerit eiusdem incumbat  
probatio, eandem hoc loco etiam esse adhibendam nemo pro-  
fecto in dubium vocabit, qui leuiorem iuris cognitionem sibi  
comparauit; praeſertim quum tertii quoque discriminis inter  
euictionem atque contractum non adimpletum obuenientis origo  
inde

quodammodo sit repetenda. Etenim quando actione aduersus conductorem instituta hic pacto haud satisfactum esse autumat, negatiuam sententiam amplectitur et onus probationis in actorem deuoluit, qui se promissis stetisse et singulis pacti initi capitibus satisfecisse docere tenetur. Locuples huius rei testis est praeter CARPOVIVM Lib. II. Rep. 88. LEYSERVUS qui in Medit. ad pand. Vol. III. Spec. 208. med. 1. a ICTLIS Vitebergenibus responsum esse assert, quod tum quum emtor de pacto haud impleto excipiat, venditori, qui semet ipsum omnia praestitisse, et promissa exsequutum fuisse contendit, neutquam vero integrum rem traditam neganti probatio sit iniungenda: ea vero, quae LEYSERVUS de contractu venditionis profert, eodem iure ad locationem et conductionem applicare nil prohibet, quippe eodem reddit, vtrum emtor vel conductor rem traditam neget, an vero venditor vel locator idem affirmet, quippe eandem regulam quam de emtione constitutam vidimus, locationis quoque contractui conuenire nullus dubitabit, qui legis 2. ff. locat. conduct. recordatur, qua CAIUS Locatio inquit, et conductio proxima est emtioni et venditioni iisdemque iuris regulis consitit, cui iungas §. 2. 3. I. de locat. et conduct. praeferit quum WERNHERVS Obsf. Tom. I. P. I. Obs. 149. in vniuersum actori, cui illa exceptio opponitur, probationem factae traditionis iniungat. Longe vero alia ratio est in

enius

B 2

euictio-

euictionis praestandae probatione cuius reus excipiens obnoxius est; quamvis enim primo intuitu arbitrari quis possit, itidem actori iniungendum esse, ut euictionis causa, quam reus petit, ideoque praestitam negat, iam satisfactum esse demonstret, nihilominus hac in re non ipsius euictionis iam praestitae verum haec a reo instituenda probatio desideratur, ut actorem prout se res habent, vel conditionibus non satisfecisse, vel damnum datum non reparasse, ideoque ex hac vel alia causa ad euictionem praestandam ipso obligari, demonstret. Optime profecto hanc, qualis inter vtramque exceptionem obuenit, differentiam supra iam laudatus LEYSERVUS sistere mihi videtur, dum *i. c. spec. 239. med. 1. 2.* reo praeter alias aliquando vtramque exceptionem opponenti in vniuersum exceptionum probationem sententia impositam narrat, illique leuteratione propterea impugnatae, quod demonstratio prioris actori demandanda fuerit, has rationes additas refert, quod implementi quidem non sequuti exceptio ab actore remouenda, euictio autem a reo esset demonstranda et hac in re vtriusque dilicimen esse quaerendum, illam vero sententiam exceptionum probationem ideo a reo posstulasse, quod rem vere ab actore traditam fuisse iam apparuerit. Quid quod HOMMELIVS adeo *Rhapsod. Tom. I. obs. 87. pag. 129.* id egregie, inter exceptionem affirmatiuam et negatiuam distin-

*otfius*

guens,

guens, illustrat et huius, rei scilicet non traditae probationem actori, illius autem euictionis nimirum demonstrationem reo propterea iniungit, quod rem traditam affirmet et de euictione praestanda excipiat. Quibus profecto verbis haec differentia tantopere illustratur, et implementi non sequuti demonstrationem ab auctore, euictionis vero praestanda probationem a reo exigi tam luculenter ostendit, ut verbum adhuc de hac re addere inutile ducam.

Dum vero supra contractus non adimpteti et euictionis differimen ita notauerim, vt illi obligationes sub initium pacti praestandas et huic officia durante contractu debita adiecerim, illud ipsum *quartam* exceptionum illarum differentiam facilissime nobis suppeditabit, quae in eo versabitur, quod illa implementi scilicet non sequuti, traditione rei vel praedii intermissa locum habeat, quippe quae initio contractus, vt pag. 6. vidimus, requiritur, haec autem tum opponi queat, quando tradita quidem res est, at vitia in fundo et praecipue rebus ad supellecstilem pertinentibus obvia traditione iam facta desiderantur. Assentitur nobis BERGERVS in *Oecon. iur. Lib. III. tit. 5. §. 23.* pag. 506. qui euictioni locum non tribuit, quando vitium iam tempore conductionis adfuerit idque sententia ICTORUM LIPSIENSIS confirmat, nulla alia ex causa nisi quod traditio integra, vitiis im-

munis atquae formulae contractus consentanea praesumitur, et  
 euictione petita contrarii probationem necessario exigit.  
 Ratio huius discriminis, cui etiam MENOCHIUS de Praesumptionibus  
*P. II. c. 3.* assentitur in eo quaerenda erit, quod praesumtio pro  
 locatore rem ab ipso vere et prout leges conductionis postulant,  
 traditam esse, militare videtur, conductor vero, dum mota de-  
 rum ad premium soluendum actione locati vitiosam traditionem  
 fuisse opponit, iniuria ita excipere praesumitur; cui probabili-  
 tati etiam HOMMELIUS *Rhaps. obs. 695.* quodammodo annuere  
 et ipsius adeo rei indoles aliquatenus postulare videtur; quippe  
 conductor veniente die in praedium vel plane non immisus vel  
 res vitiosas acquirens, illico fundi traditionem vel eiusdem pos-  
 sessionem vitiiis carentem certissime sibi comparasse praesumen-  
 dus est. Obstat quidem dicuntur huic regulae verba *legis* 39.  
*D. de partis*, quibus *Papinianus* pactionem obscuram vel ambiguam  
 venditori et ei qui locauit, nocere contendit, in quorum fuerit po-  
 testate legem apertius scribere: Quodsi vero eorum sensum paul-  
 lo accuratius inspicias, quod nobis aduersetur, profecto non in-  
 venies. Etenim ICto de formula pactionis obscuris verbis con-  
 cepta sermonem esse, addita legis ratio nos docet, scilicet  
 quod legem contractus apertius scribere locator neglexerit: quam  
 vero hoc loco non de interpretatione verborum, quibus pactum

con-

continetur; verum de vitiis praedii iam traditi loquamur, illa a BERGERO *Oec. iur. L. III. Tit. V. §. 17.* laudata prae sumptio nobis haud aduersabitur, optime potius concludere possumus, conductorem non solum ad accuratum vitiorum oppositorum indicem, sed etiam ad exactam eorundem probationem exhibendam obligari.

Congruum huic rei exemplum laudatus HOMMELIVS suppeditat, qui *l. c. obs. 87.* tum, quum reus excipiat obiciatque, fundum promissum fuisse a seruitutibus liberum, esse autem qui seruitutem afferat, id non alia actione nisi quanti minoris petendum iudicat; unde apparet ipsi hanc sententiam fuisse, vi tium praedii a locatori simulatum ad evictionem non vero ad contractum minus recte impletum pertinere. Neque miretur aliquis, quod actio quanti minoris ibi sit nominata; ideo enim concedit emitori hanc actionem, quod seruitute simulata praedium minoris pretii aestimandum erat; quum vero in locatione res tradita vitiis obnoxia itidem minoris pretii sit, id quod in emtionis contractu quanti minoris actione petitur, in locationis contractu evictionis actione postulari et utramque pari passu ambulari mihi persuadeo.

At vero quum supra iam viderimus, quod opposita hac exceptione obligationum lege contractus suscep tarum immunitas conductori haud nascatur, eo maiori iure affirmare possumus, hanc ne  
vitiis

vitiis quidem in tradito' praedio obuenientibus perfici, iis praesertim, quae durante denum locatione emergunt: quuin eadem ratio, quam supra iam in secundo harum exceptionum discrimine notauiimus, hic quoque obueniat, iniq[ue]itas scilicet in vtilitate ex fundo et pretio simul capienda.

---

Et haec quidem de praecipuis inter euisionis praestationem et implementi non sequuti exceptionem differentiis intuitu locationis atque conductionis constitutis sufficiant, quum angusti huius libelli fines, illas fusius explicare et ad emtionis venditionis contractum applicare prohibeant, potius eiusdem rationem atque occasionem proponere suadeant. Iis scilicet, qui certaminibus super contiouersis iuris capitibus praeesse cipiunt, haec lex ab Ordine Ictorum est scripta, ut specimen quodam publice id annuntiarent. Cui vt ipse quoque precibus querundam, qui socium eiusmodi disceptationum me postulabant, commotus, satisfacerem, hoc scripto certamina super thesibus iuris instituenda dirigen- di veniam impetraui.

Sunt vero, qui nomen apud me iam professi sunt sequentes

JOHANNES ADAMVS AMBERG

Schleusinga- Thuringus.

BENIAMIN GOTTLIEB DOEHNER

Hildburghofanus.

JOHANNES FRIDERICVS EHRLICH

Wilthena- Misnicius.

JOHANNES CHRISTIANVS HOFFMANN

Schlettawa- Meiseburgensis.

FRIDERICVS WILHELMVS KVEHNREICH

\* Paunsdorffo- Misnicius.

FRIDERICVS CHRISTOPHORVS STANGE

Scuticensis.

quorum certamina super thesibus iuris instituenda non solum moderabor, sed iis etiam, qui in posterum nomina eiusdem rei causa apud me profitebuntur, promptum me fore paratumque policeor. Scrib. Domin. II.  
post Fest. Trinit. 1510 CCCLXXXIX.

---

Leipzig Diss., 1789 P-Z

X 241 7829





170933  
467  
16

# FINES EXCEPTIONIS NON ADIMPLETI CONTRACTVS

E T  
PRAESTANDAE EVICTIONIS  
PONIT

E T

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

DISPV TATIONES  
SVPER THESIBVS IVRIS CONTROVERSI  
INSTTVENDAS

INDICIT

D. GODOFREDVS LVDOVICVS  
WINCKLER

PROF. PVBL. EXTR

---

LIPSIAE

EX OFFICINA SAALBACHIA

